



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Officio Archidiaconi. Titulus XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

*Quis dicitur Ordinatus per
saltum?*

Per saltum Ordinatus dicitur, qui vel ex negligentia, vel superbia, prætermisis aliquibus gradibus, ad maiores confugerit Ordines, c. quod verò, &c. *sollicitudo*, dist. 52.

DE OFFICIO ARCHI-
diaconi.

Titulus XXIII.

Continuatio.

Duo sunt Prælatorum generæ: quidam in Episcopatu constituti, magna potestate & reuerenda dignitatis præminentia clari: alij autem maioribus subsunt, & in Ecclesiæ ministerio deseruiunt, vicemq[ue] maiorum, si ipsi præesse non possint, subeunt. Quorum inferiorum cuilibet officium suum, ordine & gradibus præminentiae obseruatis, assignatur.

Archidiaconus qui dicitur?

Archidiaconus est, vicarius proximus Episcopo, omnem sollicitudinem & curam, tam in clericis, quam in Ecclesijs eorum, cognitionemque & ordinariam iurisdictionem habens, c. i. extr. de off. Archidia.

Quod est officium Archidiaconi?

Officium Archidiaconi est, omnia Ecclesiastica

stica officia, ut ritè exequantur, prouidere, Aco-
lytum ordinare, custodiam vasorum habere, de
tertio in tertium annum diocesim, & Ecclesias
Episcopo subiectas visitare, quæ emendatione
indigent corrigere, promouendos ad sacros Or-
dines & beneficijs Ecclesiasticis præficiendos, ex-
aminare: postea Episcopo examinatos & proba-
tos præsentare, sedibus cōdignis quemlibet Pre-
latum locare, omnem curam & sollicitudinem,
tam in clericis, quam in Ecclesijs eorum, (cūm su-
per his sit in districti examinis iudicio rationem
Deo redditurus) impendere cognitionem, & iu-
risdictionem ordinariam exercere, iurgia singu-
lorum audire, Archidiaconis, Diaconis, & reli-
quis inferioribus præsidere, & demum in om-
nibus vicem Episcopi gerere; nisi ardua negotia
maiorem autoritatem desiderent, c. i. c. ad hæc,
c. officium, c. mandamus, c. vt nostrum, extr.
eed.

DE OFFICIO ARCHI- presbyteri.

Titulus XXIII.

*Quis dicitur Archipres-
byter?*

AArchipresbyter dicitur Prælatus cæteris
presbyteris eminentior, vicem absentis
Episcopi in spiritualibus gerens, c. ministerium,
& c. officium, extr. eod.

Quod